



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1613**

Vita Venerabilis Hroznatæ, Teplensis Et Choties Soviensis Monasteriorvm  
In Bohemia Fvndatoris, A Religioso Teplensi, illius æquali conscripta: vt  
patet ex cap. 8. & 12.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

VITA VENERABILIS  
**HROZNATA,**  
 TEPLENSIS ET CHOTIES-  
 SOVIENSIS MONASTERIORVM  
 IN BOHEMIA FVNDATORIS, A RE-  
 ligioso Teplensi, illius æquali conscri-  
 pta : vt patet ex cap. 8.

& 12.



Maximam vim inesse ex-  
 emplis virorum illu-  
 strium, ad vitam piè san-  
 ctèq; instituendam, quo-  
 tidiana docuit Experiē-  
 tia, quorum accurata  
 cōsideratione, animi ad pietatem, religio-  
 nem, & omne virtutum genus rapiuntur,  
 & quasi signo dato, vitijs bellum perpe-  
 tuum indicunt. Quocirca eum nō postre-  
 mum virtutis & vitę sanctitatis Exemplar  
 in venerabili Hroznata ( cuius memoria  
 in benedictione est) Teplensis & Choties-  
 souiensis Monasteriorum fundatore elu-  
 cescat, de conuersationis insignibus, & vi-  
 tæ meritis, nec non palma martyrij, cum  
 qua sc̄eliciter migravit ad Dominum,  
 quædam trademus, vt, tanquam gemmæ,  
 prætio-

preciosæ nitorem ad aspectum mentis  
humanæ proferamus: & non solum ad  
illuminationem, sed & exemplum Deo  
militantium, qui in domo Dei ambulant,  
cum ardore flagent, lucernam super cā-  
delabrum collocemus.

DE NOBILITATE ET IN-  
DVSTRIA EIVSDEM FVN-  
datoris.

CAPVT I.

**R**Ege PRZEMISS, qui & OTTO CA-  
RVS cognominatus fuit, Regnum  
Bohemiæ feliciter gubernante, inter alios  
regni magnates Hroznata de Principum  
claro genere oriundus in aula regis pri-  
mum locum post regalem magnificen-  
tiam obtinebat. Qui generis præroga-  
tiam, virtutum & morum honestate  
perornans, consilio & naturæ genero-  
sitate præstantior, magno ab omnibus  
colebatur affectu.

Sed & rerum affluentia & literarū sci-  
entia præditus, prouida largitate egentium

ino-

inopiam, suis facultatibus subleuabat. Erat enim pius mœrentium consolator, orphanorum pater, laborantium sustentator, & sub Chlamyde militari, propositum religionis abscondens; Deo quæ Dei, deuotionis studio Regi, quæ Regis, fide, & obsequio, & vnicuique, quæ sua sunt, ordinata claritate reddebat.

## DE CONIVGIO.

### CAPVT II.

**H**ic à primæua ætate in timore pariter, & amore, Deo inserviens, tandem annos attigit iuuentutis, & accepit uxorem nobilibus exortam natalibus, cum qua spe prolis procreandæ, aliquot annis permansit, & postea Deo propitio filium elegantis formæ de coniuge suscepit. Sicque optato potitus desiderio, sperabat possessionum suarum se adeptum hæredem. Sed non sic Christus præordinauerat, qui Hroznatæ solus hæres esse volebat, quod & factum est, prout in sequentibus plenè patebit; Nam puer ille breui tempore defunctus est, mater verò cui idem iunctus erat filius, vnigeniti sui orbata solatio, deflens & eiulans mortem nati, & ipsa in pace Christi quieuit.

DE

## DE PROPOSITO CASTITATIS.

## CAPVT II.

**N**Ec longo post temporis interuallo Hroznata vir fortis animi, & constantis, ob mortem vxoris, & filij luctum, & mœrorem, habitum deposuit, suumque iactans in Dominum cogitatum, sagaciter disqui iereba, tqualiter de tãtis rebus sibi à Deo collatis, tam rationaliter ordinaret, vt conspectui diuino placeret. Hæc apud se sollicitè cogitans dictum Apost. mente reuoluit: *Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem.* Sicq; in castitatis proposito cõfirmatus, labentis mundi itatum, & breuitatem vitæ humanæ, ad cordis oculos reducebat, moxque mutatur in virum perfectum, ex intimis cordis penetralibus spem omnem quam habebat in sæculo dereliquit: iam non vxorem, non honorem, nõ diuitias mundi quærens; soli Deo placere studebat, ex illo grege fieri cupiens quem Dominus in Euangelio alloquitur, ita dicens: *Nolite timere pusillus grex, quoniam placuit patri vestro tradere vobis regnũ;* & quia nescit tarda molimina, S. Spiritus gratia, q̄ corde, Dño inspirate concepit, id eodẽ cooperate, ope ipso intrepidè adimpleuit

DE VOTO CRUCIS ET ITI-  
NERE VERSVS ROMAM.

CAPVT IV.

**F**OELIX igitur Hrozna, sicut in tem-  
poralibus rebus gerendis, incōpara-  
biliter extiterat strenuus; ita post excelli-  
dexterā mutationem, supra humanā æsti-  
mationem, factus est Deo deuotus. Reco-  
lens enim veritatem Euang. lectionis, di-  
centis, *Nisi quis renunciauerit omnib. quae pos-  
sident, non potest meus esse discipulus, & alibi.  
Qui non acceperit crucem su. a. & sequatur me,  
non est dignus*, Crucis Dominicæ signaculo  
insignitus & æstuans interius amore Do-  
minicæ Passionis, ad terram sanctam  
Hierusalem proficisci anhelat, vt impleat  
Psalmistæ verba dicentis, *Mibi aut̄ adhare-  
re Deo bonum est, ponere in Domino Deo  
spem meam*. In quo proposito constanter  
perseuerans, cum latis expensis, suisq; se-  
quacib. comitatus, dulce solum patriæ de-  
serens destinatum arripit iter? Verum ad  
littus maris perductus, pelagi latitudinē,  
fluctuumque commotionem, & transitus  
difficultatē anxius suspicatur, & quidquid  
superfit agendum pauidus meditatur.

DE

DE APOSTOLORVM LIM-  
NVM VISITATIONE.

CAPVT V.

**T**Andem animi deliberatione deten-  
tus, & timore, qui poterat cadere in  
constantem, percussus, diuina prouiden-  
tia sic disponēte, mare deseruit, voti tamē  
peregrinationis conscius, & arbitrio di-  
cretionis cautus penitus & instructus,  
quod nemo mittens manum ad aratrum,  
& aspiciens retro aptus est regno Dei, Ro-  
mam disposuit proficisci. Apostolorum  
limina sitibundo pectore desiderans visi-  
tare, & summi Pontificis consilium super  
sui status & propositi qualitate anhelans  
deuotus audire. Profectus exinde, celeri-  
tate matura pacis ipsum Angelo præcedē-  
te, promptus & alacer peruenit ad urbem,  
ubi à Papa Cælestino, qui tum temporis  
nauem sanctæ Ecclesiæ gubernabat, ho-  
noricè est susceptus. Cui aduentus sui  
causa exposita, seriatim summi Pontificis  
instruitur consilijs, & consolationibus ro-  
boratur, ore suæ beatitudinis dicētis. Non  
est voti dicēdus trāsgressor, q̄ quod vouit  
auctoritate sedis Apost. distulerit adimple-  
re. Nec fracti voti aliquatenus reus habe-

*Cælestinus  
Papa.*

tur, qui temporale obsequium, ad diuinum cultum perpetuum noscitur commutare ex superioris dispensatione prouida. Ex causa enim probabili decreuimus, quod recompensatio voti sit melior, quam peregrinatio in hac parte, & Deo magis accepta. De plenitudine itaq; potestatis pro voto Hierosolymitano, tecum, fili charissime, dispensamus, vt ad honorem gloriosæ Virginis Matris Christi, fudes claustrum sub obseruantia Præmonstratensis Ordinis regulari, & dotes abundè, quod plurimis idoneis laudis diuinæ præconibus, & ministris sibi congruentibus adornatum, mœrentium, & plangentium, propter crucis Christi meritum, fiat remedium singulare.

DE DONARIIS PAPAE  
ET CARDINALIBVS ET  
reditu Bohemiam.

CAPVT VI.

**H** Roznata vir inclytus, alacri animo & constanti, summi Pontificis verba ingenti maturitate prolata, pectore hauriens sitibundo, ad pedes præsentis  
hum



humi prosternitur, & lachrymans deuotione sincera & humili gratias agit, quod fluctuantis animo mansuetudine responsionis paternæ reffectus, conscientiae securitate lætetur, & tantò feruentius proposito sibi consilio salutari annuit gratulando, quantò copiosius illud idem poterat, & sperabat se posse perducere ad effectū, maximè cum illis temporibus, nobilitate generis, diuitiarum affluentia, Bohemos præcelleret vniuersos. Datis itaque muneribus summo Pontifici, & Dominis Cardinalibus, benedictione accepta, urbem reliquit, & voti commutatione salutarifera recreatus, in Bohemiam proficiscitur hilaris & iucundus.

DE CONFIRMATIONE  
REGALI.

*CAPVT VII.*

**P**rosperatus in itinere venit in Bohemiam, patriam suæ natiuitatis optatam; vbi corpori laboribus in itinere fatigato, aliquantula quiete indulta, locum amœnum quærit & aptum, in quo ad laudem Dei & honorem Virginis gloriosæ, fundamenta, claustrum primordia, iaciatur,

*Tepla monasterium fundatur.*

& inuento loco, in quo nunc monasterij altitudo confurgit, corruens in terram sic ait. Qui de Virgine nasci dignatus es, prepara in hoc loco habitationem seruitijs aptam. Et surgens ab oratione ligone arrepto, profundius sulcat, & aliquot cophinos terra onustos, de fundamento primus in humeris suis portat, nomenque cœnobio indidit Tepla, à ciuitate vicina, quæ ab incolis vulgariter, Tepla vocatur. Est autem claustrum fundatum, in optimo solo terræ, nam situs loci aliquantulū est sublimis, ab vno latere cinctus siluis & pratis, varietate florum vndiq; purpuratus, fluentibus in medio aquis irriguis & piscosis, agentibusq; circulares ambitus, molendinorū commoditate opportunus, sanus præterea, & religioni admodum cōueniens, locus inquam gratia diuina perfusus, in quo Domino militantes, de bonis fiunt meliores, & de melioribus, optimi, de virtute in virtutem gradatim proficientes, prout per affectum clarius liquet. Nam religione crescente, licet plātatio sit nouella, inter alias tamen professiones, religionis eiusdem, in ædificiorum structuris, prædijs & redditibus, Deo incrementum præstante, prosperatur, & crescit. Ut taceã de monasterio S: Mariæ Virginis

Matriſ

Matris Christi Patronæ ipsius, quæ in altum erectum quam inexpugnabili opere structuræ, muris etiã validis & excelsis, columnis sublimibus, testudinis firmitudine, & pulchritudine fulciatur, ornatu interius rutilans, campanarum sonore præcellens, ut nihil supra per omnem regionem illã, vel fuisse vel futurum esse celebri sermone feratur. Et quia hæctenus summo omnium rerum auctori minime placuit ut adhuc amplius & dignius, resplenderet, quã plurimis tamen Deo psallentibus præconibus, & ministris sibi competentibus, sub Regula S. Augustini Ord. Præmonst. laudabiliter conuersantibus ad ornatum perpetuò claret.

## DE DEDICATIONE

EIVSDEM.

## CAPVT VIII.

**E**IA fratres qui aures intenditis ad librum, & corda sursum habetis ad Deum, quos Mater misericordiæ in ministros, imò potius sibi in filios adoptauit, audite audientes me, & collaudate vestram unanimiter aduocatam. Etenim quando Templensis Ecclesia à venerabili Patre, Domino Ioanne foelicis recordationis sanctæ Pragensis Ecclesiæ Episcopo mense

Augusto dedicabatur, nobis admirandum & posteris apprimè recolendum signū in cœlo diuinitus est ostensum. Nam super ipsum Monasterium Matris Christi, stella lucidissima fixa stetit, videntibus & admirantibus, qui aderant, vniuersis, eo præcipuè tempore, quo sol feruentior & aer serenior esse solet, quæ tam diu lucis suæ radios ministravit non solū ad consummationem dedicationis Ecclesiæ, verum etiã dedicatione completa per totam diem humanis obtutibus visibilem se ostendit, donec nocte secuta inter alia cœlestia radiaret lumina. Quid inquã Fratres? quid per stellam significari credimus, nisi diuinam gratiam, quæ suæ Genitricis precibus nos præuenit, & sequitur. Possumus etiam per stellam intelligere Matrem Domini quæ seruos suos, in huius maris amaritudine laborantes, in viam pacis dirigit & deducit ad portum, vos inquã speciales seruos suos, qui in claustro Teplensi, vbi illa stella apparuit, spiritualem sub Regulari disciplina militiam exercetis. Perseuerate igitur viriliter dimicantes, & accipietis regnum æternum.

DE FVNDATIONE  
CHOTIESSOVI ET  
præfagio.

CAPVT IX.

**E**odem temporis curriculo, claustrū  
Chotiessov in laudem Dei & ho-  
norem S. VVenceslai Ducis & martyris,  
ac Patroni Bohemiæ fundavit, & dotavit  
abundè, rebusque vtenfilibus adornavit,  
& conuentum sanctimonialium sub ea-  
dem Regula Domino famulantium in-  
stituit, in quo etiam Domina VVoyzla-  
ua, soror sua germana viro suo Craco-  
uiensis vrbs Præfecto orbata, sub obser-  
uantia castimonix viduitatis in sanctæ  
conuersationis studio perseuerans, in cõ-  
petenti sibi habitu quem viduæ huiusmodi  
desueuerunt deferre, in congregatione so-  
rorum Aduocatæ gerens seu Patronæ of-  
ficium, annis pluribus superuixit, ad ex-  
tremum in pace Christi quieuit, cu-  
ius corpus ibidem in medio  
monasterio est hono-  
rificè tumula-  
tum.

DE ITINERE AD SVMMVM  
PONTIFICEM ET HABITV  
ab eodem suscepto.

CAPVT X.

**A**Dificatis & dotatis claustris prædictis, Romam reuertitur iteratò. Deinde expetens colloquium summi Pontificis, exponit reuerenter eidem de prædictorum claustrorum ædificatione, & provisione, petens humiliter & deuotè recipi eadem cum suis pertinentijs in protectionem Sedis Apostolicæ specialem. Postulat etiam, vt de consueta Sedis Apostolicæ gratia, vsus Pontificalis Infulæ Abbatibus loci eiusdem pro tempore succedentibus concedatur. Verum summus Pontifex fiduciam postulantis, ipsiusque attendens constantiam, considerans etiam deuotionis ipsius feruorem, in duorum claustrorum immensæ liberalitatis munificentia declaratum, preces interpellantis admittit, & tribuit postulata, receptis omnibus supradictis in protectionem Sedis Apostolicæ specialē: & vt in Bohemia cunctis eiusdem ordinis Ecclesijs celsior videretur Teplensis Ecclesia, priuilegijs Apostolicis muniuit eandē, militis mores & industriam

dustriam laudibus attollendo. Nec mora, vir strenuus Hroznata, tanta fauoris gratia à sede Apostolica sentiens se præuentū, vt Deo se benè meritum exhiberet, & vt non in parte, sed in toto diuino cōspectui hostiam se offerret, habitū Præmōst. Ord. de manu Pontificis dari sibi petijt, quem etiā ibidem assumpsit. Igitur vestibus professionis indutus, & benedictionibus Apostolici culminis iocūdatus, pedes Domini Papæ deosculans & amplectēs, agit gratias pro beneficijs vniuersis: & licentiatus ibidem exit ad suos proceres, de milite frater factus, quem proceres præ foribus expectabant. Milites mutatum habitū domini graui animo intuentes, & adeò repentinā mutationem ipsius stupentes, lacrymas multiplicant & dolores. Vox vna plāgentiū. Cur nos pater deseris? cur nobis vitam adimis? nū viuere amodò poterimus, vnicō post Deū solatio destituti? Certè meli⁹ fuisset in natali patria peremptis gladio, quàm in terra aliena orbari Patrono. Vt quid de domibus parentum eductos orphanos reliquisti? At ille inter plangentes amictū & vultū Angelicum repræsentans, conuersus ad suos sic ait. Desistite torrentem fundere lacrymarum, quasi hæc mutatio à diuina non prodeat voluntate:

cūm

*Hroznata  
suscepit ha-  
bitum ordi-  
nis Præmon-  
stratenfis.*

cùm scriptum sit: *sine me nihil potestis facere*, sed potius Dominum in suis operibus magnificate, qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Inter verba huiusmodi ad hospitium, in quo morabantur, pariter peruenerunt; vbi omnibus caritatem Fratris Hroznatæ volentibus experi-ri, cibi & potus abundantia, hilariter administrabatur, adeò quòd ex eo hospitalitas ipsius quotidie augebatur. Prosperè itaque secundum vota rebus omnibus succedentibus, nouus tyro militantis Ecclesiæ ab vrbe rediens, ad propria remeauit. Itaque cùm se in Bohemiam recepisset, percunctatus in qua parte terræ Przemis inclytus Rex maneret, iter suum ad ipsum diuertit, & eius aspectui in nouo habitu se præsentauit. Rex verò Przemis, ex innatæ generositatis mansuetudine, surgit de folio suo, fratremque Hroznatam ad osculum recipit, ipsoque à dextris suis locato, de rumoribus & modo conuersionis suæ diligenter inquirit. Porrò Frater Hroznata, post diuersos hinc inde tractatus habitos, flexis genibus coram Rege, Regiæ clementiæ preces offert, vt ea quæ Domino inspirante, auctoritate sedis Apostolicæ, cura vouentis, sunt consummata, Regalis auctoritas gratificare dignetur

&amp; ea



& eadem suis priuilegijs confirmare. Surgunt adhæc præsentēs vniuersi regni magnates, & vnâ cum fratre Hroznata ad pedes Regalis magnificentiæ procidentes, pro ipso supplicantes, cum ipso acclamantes, hoc ipsum Regem facturum, quod suadet pietas, & dicat honestas. Annuit Regalis munificentia petentibus, & petitis, & vniuersis bonis prædictorum piorum locorum, in spiritualem protectionem receptis, ea suæ sublimitatis priuilegijs roborauit. Agunt omnes ingêtes gratiarum actiones Regi, & Fr. Hroznatam, magno venerantur affectu; bonorum omnium auctorem Deum, vnanimiter glorificantes, qui seruos suos & in terra mirificat, & in cœlo gloriosè coronat.

DE REDITV AD  
PROPRIA.

CAPVT XI.

**V**IR Deo deuotus, Frater Hroznata, voti compos, gratia Regali præuentus, inde venia petita, abscedit, conducen-  
tibus ipsum maioribus regni, ad locum, in quo eum turba suorum equitum expectabat, & optantibus illi prosperum re-  
rum

rum omnium successum. Quibus gratia referens equum ascendit, & itinerando processit. Deinde paululum progrediens, manus ad cælum extendit, laudans clementiam Saluatoris, quod in omnibus suis actibus misericorditer sibi dignatus est adesse, proinde orauit diutius cum lacrymis ut Deus quod bonum opus incepit, perducere ad finem dignetur. Et ita ad suum patrimonium se recepit, excipientibus eum cognatis, & amicis & habitum suum mirantibus, omnibusque præ gaudio flentibus, quod receperant eum sanum. Itaque in clauastro suo Teplensi cum iocunditate receptus in eodem Deo obsequebatur, & prælato sub obedientia Regulari. Præter hæc & alia opera, Deo placencia, quia nescit tarda molimina S. Spiritus gratia, imperante Ioanne Teplensi Abbate, in virtute sanctæ obedientiæ, licet inuitus & renitens, prædictorum claustrorum præpositus, & administrator effectus, in suo strenuè officio inuigilabat, humilitatis exemplo, obedientiæ promptitudine, patientiæ studio, intuentibus admirabilem, & imitabilem se præbendo. Tandem inimico humani generis, qui bonis actibus inuidet, discordia seminante, à prædicto Abbate, afficitur iniurijs, & contumelijs lacelli-

cessitur aded quod persecutioni patientie  
 scutum opponens, priusquam contra bo-  
 num obedientie aliquid attentaret, ma-  
 luerit ad tempus ire cedere, & claustrum me-  
 dia declinare, (habitum nihilominus reti-  
 nens, & à Regulari non exorbitans disci-  
 plina) donec amicorum copia, & cognato-  
 rum suorum potentia, Abbatis prædi-  
 cti tumida compereretur præsumptio.  
 Postea ad claustrum honorificè reuocatus  
 est, & receptus à fratribus cum iubilo.

QUALIA MIRACVLA IN  
 VITA ET IN MORTE  
 Hroznatæ contige-  
 runt.

CAPVT XII.

**N**Vnc ad huius fortis athletæ victo-  
 riam, vitæ cursum, & finem simul-  
 que miracula, quæ Deus magnificè est o-  
 peratus, in vita & morte per ipsum, stilum  
 vertamus, vt nihil nostræ desit narrationi  
 per quod & Dei magnalia prædicentur, &  
 sui electi Hroznatæ merita congruis laudi-  
 bus extollantur.

Domina VVoyzlaua, de qua superius  
 tractauimus, adhuc viuente & referente,

alijf.

I.

alijsque fide dignis asserentibus, talia sunt audita, quæ assertione veridica in medium proferemus. Et primò quidem de huius egressu ex utero matris suæ, qui abortiuus & exanimis in lucem editus fuit. Unde genitrice sua partum mortuum abhorrente, & ut à facie ipsius quantociùs sepeliendus portaretur, prout præ debilitate poterat obstetrix, quæ Dominæ parturienti obsequabatur, infantem mortuum tenendo in brachijs, ad Dominam suam vocem extollit, iterum & iterum acclamando: Accipe Domina infantem ad manus; & offer eum B. Mariæ & Matri Christi, per cuius partum illuminatus, & viuificatus est mundus. Et cum mulier fide plena, hæc & his similia Dominæ suæ sæpiùs replicasset, tandem illa studio interpellantis quasi coacta, corpus pueri exanime, tremens ac stupens, accipit inter manus, flexisque genibus & ad lacrymas resoluta, oculis & manibus ad cælum erectis, deuoto cordis affectu orauit dicens: **DOMINE IESU CHRISTE**, pro salute generis humani de virgine carnem assumere & mori dignatus es, ut mundum æterna morte damnatum viuificares, viuifica quæso hunc infantem exanimem ad honorem gloriosæ Virginis matris tuæ, cui ipsum offero, & ad laudem

dem

dem maiestatis tuae, qui es benedictus in  
 saecula. Mira res & stupenda: ad hanc vo-  
 cem corpusculum, paulò antè frigidum  
 & rigidum, calidum & molle paulatim  
 efficitur, & consequenter anima ibidem  
 infusa diuinitus, puer oculos aperit, &  
 more infantium vagientium vocem emit-  
 tit. Ad vocem pueri mater stupet, & gau-  
 det, & mutationem excelsi dexteræ ad-  
 miratur, porrigensque puerum obstetri-  
 ci, humi prostrata, cum lacrymis, & inti-  
 mis suspirijs humiliter gratias agit Deo,  
 Matremque misericordiae, dignis laudum  
 præconijs benedicit, quæ non deserit in se-  
 sperantes, & cuius filius est vita, & resurre-  
 ctio mortuorum.

Grande & aliud miraculum libet huic  
 operi inferere, cui & pietas consentire, &  
 veritas suadet firmiter credere. Etenim  
 quodam tempore mater Hroznae,  
 cum filia sua Vvoyzlaua, ferebatur in  
 curru, filium fouens in sinu, quem cum  
 Vvoyzlauæ sorori porrigeret tenendum,  
 incanta manus puellæ puerum cadere  
 permisit in terram, ubi rotis in tenera in-  
 plus carne se voluentibus, ex tanto pericu-  
 lo saluus tamen & illæsus evasit, matre  
 & sorore suâ, vna cum præsentibus, laudè  
 liberatori Christo Dño conclamantibus.

.III

II.

ob

T

inter

## III.

Inter alia virtutum, & miraculorū insignia, accidit & hoc ingens signum. Nam Cracouię, vbi S. Stanislaus Märtyr & Episcopus, signis & miraculis nostris tēporib. coruscet insignis, soror Hroznatę vrbis eiuidem Pręfecto quondam matrimoniali copula iuncta fuit: vbi Hroznata sororē sequutus, factus iā bonę indolis adolescēs cum suis coætaneis super fluuium Vistulā ludens, abiorbetur ab vnda, in qua ab hora diei tertia, donec aduesperasceret, iam quasi mortuus occultatur. Tandē vbi ad sororem ipsi<sup>9</sup> huiusmodi fama perlata est, ea tanquā extra se rapta & subito cursu sola contenta tunica, de fratris vita anxia, cucurrit ad flumē, & loco, vbi merus fuerat adolescens, sibi ostenso, diuersis piscatium instrumentis, vt saltem extrahatur mortuus, præcipit attentari. Quib. in casum laborantibus iuuenes aderant, peritiam natandi habentes: hi vestibus à se reiectis, ad ima gurgitis natando descendūt; & ecce vnus ex illis Hroznatam capillo capitis secum trahens de aqua, ante dominā, rei euentum spectantem, posuit super ripam. Quantum tripudium soror de fratre vnico rediuiuo habuerit illa vice, ille discutiat, cui casus similis accidisset. Sciscitantē autē domina, post luctus depositionem

de

de casu, & quomodo tanto tempore sub aqua vixisset, respondit, quòd videbatur ei quædã dñã mirè pulchritudinis, forma prædita virginali, super verticẽ ipsius interim, quãdũ erat in aqua, cõtinuò tenuisse, quæ nõ sinebat ipsum vñdis inuolui:q̃, sicut ei videbatur, Matrem gratiæ, & Reginam misericordiæ, mediatricem Dei & hominum esse credebatur. Hinc ad honorem Virginis, carmina iocunditatis & lætitiæ personabantur, & exinde Hroznata concepit in animo, B. Virg. I. beratrici suæ, præstare obsequium: quod postea se & sua omnia eidem tradens, deuotus impleuit.

DE PRAESAGIO ET  
MORTE HROZNATAE.

CAPVT XIII.

**P**ROcedente tempore, defuncto marito VVoyzlaue, ipsa in viduitate permansit, & sicut in præcedentibus dictum est, ad bonã fraternali in Chotieslov se recepit, reuoluens in animo, quot & quanta mirabilia in fratre suo Hroznata diuina sit gratia operata; cupiens sibi iungi præsentia corporali, omni tempore vitæ & mortis. Quæ dum in Chotieslov, in habitu viduali iugiter Domino seruiens diutius permansisset, contigit fratrem suum

Hroznam ibidem gravi de p[er]nib[us] et  
 firmitate, v[er]o c[um] V. Voyzlane) & forop[er]  
 suarum inibi manebat[ur] consolaretur pre-  
 sentia & affatu, res digna in iaculo at[er]e d[omi]ni  
 que fuit p[ro]fagi[us] fuit uron[is]. Nam id e[st]  
 quasi positus in extra[ter]ra voce d[omi]ni p[ro]p[er]  
 h[ic] cap[er]e; & ab hostibus captus ducor[is] b[er]  
 foribus ad hac verba stupentib[us] & resp[er]  
 demibus nulli ipsam capti ultati esse ob-  
 noxum sed in domo sua, diu p[er]voluntate,  
 in firmitate acore depresso, accidit  
 quod dicit in spiritu propheta. Nam non  
 in illo p[er]dit de cur[is] t[em]p[or]e, reddidit sa-  
 nitati ipso die Ascensionis Dominice, po-  
 re confessus & verè contritus, Fratres solli-  
 citat, vt cantent fortiter, & vt orent pro i-  
 pso: & sic cum de oratione & humilitatis  
 studio, de sacro altari corpus & sanguine  
 Domini profusus lacrymis sumit reueren-  
 ter, in tantum gratia conjunctionis p[re]-  
 uentus, quasi iam deberet spiritum exha-  
 lare, & benedictione ab Abbate & Con-  
 uentu accepta proficiscitur in Hroznetin  
 ad bona Ecclesie visitanda. Hic a quibus-  
 da[m] suis amulis de Egrensi p[ro]uincia (quos  
 ideo, quia contra ipsorum impetus p[re]-  
 claustrorum suorum viriliter descendebat  
 inimicos habebat) ipsum exploratib[us] ab-  
 elle capitur, & tractus carceri mancipatur.

fame



fame, siti, frigore, & diuersis poenarū aspe-  
 ritatibus, extorquenda ab ipso pecunia  
 causa cruciatur. At ille omnia pro nomine  
 Dñi sustinens patienter, inter tormēta sa-  
 ciuus, sine intermissione orabat, quatenus  
 ipsū ad se cū palma martyrii euocare dig-  
 naretur. Porro abbas & fratres claustrī Te-  
 plēsis, cōsolatione patris, & sui Patroni or-  
 bati, inter suspiria, lacrymas, & dolores,  
 pecunia, pro facultatibus suis congregata,  
 eandem pro redemptione ipsius effunde-  
 resunt parati. At ille sities pro dulcissimo  
 la. s. fundere dulce vitam, potius elegit  
 morte consumi, quam cuncta uoluntarum  
 plantationū redimi detrimento. Vnde Ab-  
 batem & fratres, in uirtute Dei contesta-  
 tur, & prohibet ne pro uita ipsius redimē-  
 da mel. de manibus uisus detur, quia in d. eue-  
 piens dissolui, & esse cū Christo, rogat ne  
 martirium ipsius impediatur. Et sic benē-  
 mehit uirtutes, pro Rege suo agonizans, ad  
 mortem ingreditur, cū palma Martyrii  
 in cōli aula cum Christo perenniter regi-  
 natus. *in manu sibi & alii. in d. q.*  
 si Heremita q. fortissimo Christi m. b.  
 lire, & confessor e. droznara, in d. quantus  
 luctus hominum, quanta principuō la. m. e. b.  
 Teplensium, filiis Patris, Fratibus fratres,  
 monasterijs de flenqib. fundato p. m. cū in d.

*Heroznata  
 moritur.*

gultibus & suspirijs dicentibus vniuersis:  
O pie Pater Hrozna a quis humilior? quis  
te religiosior? quis obedientior? Nonne  
tu quandoq; ab Abbate Ioanne, quem no-  
bis præfeceras, contradictionem & perse-  
cutionem patienter tulisti? Nonne affectus  
iniurijs, & cõtumelijs ab eodẽ fuisti, & nõ  
quam tamen patientiã perdidisti? Quis vn-  
quam ista audit? Quis vidit talia? Fudator  
& claustrorum dotator, hæres Dñs & Pa-  
tronus, tantum nobis exemplũ patientiæ  
reliquisti? Beata anima quæ agonem cer-  
taminis gloriosi, vsq; ad cumulum victo-  
riæ perduxisti. Nam cùm vita sit omnium  
rerum carissima, & pretiosissima, maiorẽ  
caritatem habere non potuisti, quam vt  
animam tuam pro Christo, Fratribus, &  
amicis poneres? In patientia tua, tuam a-  
nimam possedisti. Et certè sine effusione  
sanguinis, aduersa fortiter tolerãdo, Mar-  
tyr fieri potuisti: sed ne aliquid tibi ad af-  
sequendam gloriosam coronam deesset,  
bonus pastor animam tuam pro ouibus  
posuisti. His & alijs modis intrinsecos cor-  
dis & doloris aculeos gestibus extrinse-  
cus ostendentes, vnanimi voce dicunt. Fe-  
stinemus ad sinum matris deferre cor-  
pus carissimi, & beatissimi patris no-  
stri: sicq; dato pro ipsius corpore certo

pre-

pretio, qui viuis redimi noluit, mortuus est redemptus. Extractū de squalore carceris, exanime corpus ad lucem, circūspicitur diligēter. & inuenitur in omnib. artub. incorruptū, vestitū habitu professionis assumptę, tanquam si viueret, & zona præinctum ad lumbos: q̄ positum in fetro, ad claustrum Teplense cū reuerentia est delatum; vbi susceptum honorificè funeris de more celebratis exequijs, ante maius altare sepultū, in ppetua beati corporis veneratione quiescit. Placuit nō incōgruè de venerab. huius Patris virtutum miraculis, q̄ maiorū nostrorū veridica relatione memorię sunt prodita, succincta narratione pstringere. Nā eadē nocte qua Dño ipsum ad se vocante, decessit, famulo suo q̄ vinctus cathenis ferreis in carcere tenebatur, in amictu adeo candido apparuit, vt carcer ex eo immēso lumine resplēduerit, vincto stupēte, & sup claritate vultus sui, admirāte. Ad quē vir Dei: Surge velociter, & vade ad fratres meos Teplenses & annuncia eis, ne amodò sint solliciti de mea redemptione, quia iam de hac vita in confessione Christi migraui, & vt corpus meū hinc ad claustrū delatū, ibidē mādēt Ecclesiasticę sepulturę. Hęc & his similia viro Dei dicente, vincula omnia

*Sepelitur in  
in Teplensi  
monasterio.*

famuli, quasi manu artificis, illico sunt soluta. Qui surgens & stans super pedes suos, ad dominum suum dixit. Ecce faciam sicut præcepisti mihi: sed quomodo carcerem clausum egrediar, adhibitis undique custodibus, & vigiliis custodias noctis obseruantibus. At ille, qui B. Petrum à vinculis solutum abire fecit illatum, ille te in via pacis ad claustrum ducet. Et his dictis discessit homo Dei. Porro famulus æstimans se visum videre reuoluebat in mente, quidnam esset facturus. Et tandem ad se reuersus, impresso sibi signaculo S. Crucis de altissima turri per fenestram se submisit ad terra, qui in ipso casu quasi portantium verteris manibus illæsus euasit, gratias agens Deo, qui eundem eripuit de tribulationibus, & custodiuit illatum. A carceris itaque dira custodia famulus sic ereptus, surgit cæcus, & arrepto itinere, festinanter venit ad claustrum, ubi Abbatibus & Fratribus, in vniuersis conuentibus, narravit per ordinem vniuersa, quæ acciderant, & qualiter apparitione Fratris Hieronymi in carcere, & virtutibus fuerat absolutus. Fecit & aliquid signi in signe vultus, & in tumulo requiescentis. Et tunc lampades vitæ, inter manus altariorum, & sepulchri ipsius eminus planæ soleo dependentes, ceciderunt in terram, & ad

II,

tunc

T

pau

ma vultus  
 a. vultus  
 a. vultus

pauimentum lapide stratum alluxæ, absq;  
 fractionis detrimento integræ remanse-  
 runt. Talia quidem plurima, fide non  
 refragante narrari & cõmemorari possent,  
 si promissis compendij studia non arceret;  
 vt viuere credatur in coelis, qui tot mira-  
 culorum insignibus coruscat in terris.  
 Huius igitur venerabilis Patris, Fratres, sic  
 annuam recolamus memoriam vt fiat  
 nobis eius imitatione continua: sic eius  
 meritis gratulemur, vt in præsentis sæculi  
 necessarijs non destituamur auxilijs, & in  
 futuro sempiternis, perfruamur gaudijs,  
 per gratiam Domini nostri IESU  
 CHRISTI, qui cum Patre & Spiritu  
 Sancto, vivit & regnat Deus, in  
 unitate & consubstantialitate cum  
 Patre, Amen.

CAP. 38. LIB. 3.

institutum Ord. remouit. quod Altdel-  
 burgum & Landia se nuncupant: per  
 ipsius Domini R. R. quibusq; moriens  
 hunc per statum licuit,  
 municionum est, vt pri-  
 Bispatorum celebre  
 bus, quod Campanis  
 DRIANVS ab Hilaren-



Altdelburgum  
 Campanis  
 Bispatorum